An ergo propterea Gebri ſcripta nõ fuerãt præ-
lo ſubdenda? Imò ideo hæc et ſimilia in publicũ
emittenda ſunt, vt quia obſcurè ad omniũ vtilita
tē ſcripta ſunt, omniũ ingenijs maiori diligentia
dũ exquiruntur, maiorē veritatis lucē conſequã-
tur, maiorēq́ etiã hominibus vtilitatē afferant.
Audiant igitur blateratores iſti, et Notent ſibi,
Neq́ in philoſophia, neq́ in Spagyrica, neq́ in „
Medicina, eſſe eos porcos aut indignos, aut ex- „
tra Theophraſtũ Ipſi nõ ſuos quicũq́ hæc intel „
lexerint, et ope laboris manuũ ſuarũ cõplere ſci- „
uerint. Verba .n. edi poſſunt et imprimi: at ma- „
nualis operationis induſtria, in cuiuſq́ experien- „
tia ſita eſt, neq́ typis imprimi poteſt, imò vix ore „
tenus tradi, niſi per manus. Ridiculum verò eſt, „
quod de tēpore ab iſtis Semideis et pſeudotēpo-
riſtis obijcitur, quibus cùm non ſit datum noſſe
tempora et momenta, neq́ venerit ipſis hora pu-
blicandi: neſciunt nobis veniſſe noſtrã, Ipſis igit̃
nondũ venit tēpus, at nobis certè aduenit, eas ſe-
cũ ducens publicandi cauſas quæ õnino immuta-
ri nõ potuerũt, neq́ refelli. Quarũ quidē vna ē,
ipſe finis, ad quē à Deo creati ſum⁹, vt cognoſcã⁹
ſc. opa Chriſti, per Theologiã, et opa naturæ, ꝑ
philoſophiã, quæ nuſq́ rectius vniuerſæ naturæ
Anatomiã tradit, q̃ in his ꝑ Theophraſtũ libris
Archidoxes.

Altera eſt